

num genus a societate dñi recessisse. Potest
quoq; ex eo quod non est additū omnis terra:
nunc iudaea accipi uel propriae samaria:
& israhel. idest decem tribus quae eo tem
pore quo haec dicebantur a dño recesserant.
Et abiit & accepit gomer filiam debelaim.
& concepit & peperit filiū. & dixit dñs
ad eum. Uoca nomen eius iezrahel. qm ad
huc modicū. & uisitabo sanguinem iezrahel
super domum hieu. & quiescere faciam
regnum domus israhel. LXX. & abiit & ac
cepit gomer filiam debelaim. & concepit
& peperit filium. & dixit dñs ad eum. uoca
nomen eius iezrahel. quia adhuc modicū
& ulciscar sanguinem israhel super domū
iuda. & quiescere faciam regnum domus
israhel. Prophetae sic multa post sae
cula de aduentu xpi. & uocatione gentiū
pollicentur. ut praesens tempus non ne
glegant. ne contionē ob aliud conuocatā
non docere de his quae stant. sed de incer
tis ac futuris ludere uideantur. Itaque
& haec gomer filia debelaim. quae ab osee
uxor accipitur. & concepit ex eo. & parit
ei filium nomine iezrahel. qui interpre
tatur semen dī. In cuius sanguinis ultio
nem regnum subuertit hieu. siue ut male
error obtenuit iuda. sic aduocationem
referenda est nationum. ut illi tempori
congruat. sub quo filium generasse me
moratur. & ne longo tractatu lectoris

auiditatē differam. duae iste mulieres.
quarum una uocatur gomer & est mere
trix paritq; tres liberos. Primum iezra
hel secundam puellam. quae uocatur
absq; misericordia. & tertiū masculū.
qui & ipse appellatur. non populus mīs.
& altera mulier quae conducitur argen
teis. XV. & coro & dimidio coro ordei.
& uocatur adultera. referuntur ad israel
& ad iudam. idest ad decem tribus quae
erant in samaria. sub rege hieroboam.
qui fuit de ephraim. & ad iudam. qui re
gnabat in hierusalem de stirpe dauid.
Hae sunt duae mulieres. quae in zacharia
upupe. siue milui. uel erodii pennas
habere dicuntur. & ire sennaar. ubi ba
bylon condita est. Has mulieres sub
nomine duarum sororum oollae signi
ficat & ooliba. Hae in duabus uirgis.
quas hiezechiel in unam uirgam sociat
demonstrantur. & quia cōmentarios.
non lata uolumina scribimus. singulis
capitulis. explanationes proprias.
in suis locis reseruantes. Nunc tantū
de praesenti capitulo disputemus. Gomer
interpretatur τετεχιωνενν. Idest con
sūmata atq; perfecta. alii οωρακαcι.
idest loricas significari putant. Sunt
qui mensuram. siue amaritudine suspi
centur quod recte dicerent si gimel. lit
teram non haberet debalaim. παλαθαc.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc254/0015